

NvK an das Brixner Domkapitel. Er kritisiert scharf die vom Kapitel angeführte angebliche Unkenntnis von den päpstlichen Zensuren und sendet nochmals Abschriften zu. Er fordert sie zu unbedingtem Gehorsam gegenüber dem Heiligen Stuhl auf. Ihre Behauptung, das Interdikt aus Angst vor dem Volkszorn zu missachten, sei nicht statthaft, da sie dem Volk damit Häresie unterstellen. Er, NvK, habe den Papst vorerst davon abhalten können, ihnen alle Benefizien zu entziehen. Voraussetzung sei jedoch, dass sie bis spätestens zum 1. Dezember 1460 ihren Gehorsam erklären.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StiB, Cod. Cus. 221 p. 173f.* Über dem Text: Responsum ad capitulum Brixinense super quadam littera sua.

Deutsche Übersetzung: Jäger, *Streit II 153-157.*

Erw.: Jäger, *Streit II 153; Joachimsohn, Gregor Heimburg 85, 102 Anm. 1.*

De scriptis vestris²⁾ admirati sumus vehementer et in primis, quod fingitis vos ignorare processum, sententiam s. d. n., advocationem administracionis, posicionem interdicti in Brixina et alia, que per eundem s. d. n. solemnissime cum consilio et consensu cardinalium et episcoporum secundum iuris scripti dispositionem et ultra hoc apostolica au(c)toritate secundum cause necessitatem facta sunt ad finem conservandi sanctam Romanam ecclesiam et universum ecclesiasticum statum in suis au(c)toritatibus et privilegiis. Quo casu non licet cuicunque ecclesiastico querere occasionem excusacionis. Et eo ipso, quo hoc facit ex quacumque causa non concurrendo obedientissime cum sancta Romana ecclesia, iuxta sanctorum patrum diffinicionem se separat ab ecclesia et privatus est omni honore et libertate.

10

Magister Leonardus³⁾, quem allegatis, audivit papam. Habuit a nobis in scriptis cedulam avisacionis, quid videbatur de mente pape.⁴⁾ Scripsimus, avisavimus, consului-
mus, ut in termino monitionis pro vestra excusacione mitteretis.⁵⁾ Scripsimus magistro Symoni, ut vos avisaret.⁶⁾ Scripsimus manu nostra domino decano summarium rerum gestarum.⁷⁾ Scripsimus vobis, magistro Michaeli, et vobis misimus copias omnium bullarum.⁸⁾ Nos omnem fecimus dili(g)enciam nobis possibilem ut sciretis omnia, licet capitulo non scripserimus; hoc ideo, quia scimus multos absentes et inter presentes non reputavimus aliquos tales, quibus communicare possemus.⁹⁾ Visum est s. d. n. sic esse faciendum, sicut fecit. Et eciam, si omnes essetis sancti, non minus sine cuiuscumque iniuria potestatem habet interdicendi divina sine culpa. Et de causa, que eum movet, non habet vobis aut cuiquam rationem reddere, sed nichilominus id, quod ipsum movit, ponit in bullis suis.

Mittimus iterum copias, ut sciatis vos oportere obedire, et si non facitis, quod tunc ostenditis vos contemptores auctoritatis apostolice sedis, clavium ecclesie etc. Omne argumentum vestrum in contrarium nichil concludit, quia obediencia est de neccessitate salutis quo ad apostolicam sedem, et contrarium est heresis et nulla excepcion locum habet.

Nec hoc excusat, quod furorem populi allegatis, si interdictum servaveritis. Nam de subditis ecclesie non est presumendum, quod sint heretici, contemptores apostolice sedis et clavium et quod in despectum dei et fidei velint missas et divina et quod velint

25

30

¹⁴ nostra: folgt gestr. vobis.

illos pro sacerdotibus habere, quos Romana ecclesia non habet, et velint ab illis absolviri,
a quibus cura per papam est revocata. Allegare enim ista est diffamare populum, qui
numquam reperitur talis fuisse. Et est excusacio pocius accusans, quia, si verum esset,
tunc utique heretici essent, quoniam nullam fidem haberent de auctoritate Romane
35 ecclesie. Coram illis nequaquam divina forent celebranda. Sed hec omnia allegantur in
favorem sacrilegorum dampnatorum a sancta Romana ecclesia, ne illis displiceatur. Et
ideo, quanto plus in hoc perseveratis, tanto plus ostenditis vos inobedientes. ,Ponitis os
in celum¹⁰⁾, quod papa fulminat censuras. Quis hec legens non iudicaret vos suspectis-
simos de eo, de quo quidam vos diffamaverunt, scilicet inter omnes Almanos vos de
40 Romana ecclesia minus curare?

Debetis vos presumere hec scribere, quod papa sit ideo reprehensibilis, quia censuras
publicat. Aliqui ex vobis dicebant aliquando, si papa fecerit processum et publicaverit
censuras, obediretur. Et ita fieri consuluerunt. Dixerunt eciam se pocius recessuros de
patria, quam non obedirent. Cum hec iuxta eorum consilium facta sint, nunc reprehendunt
45 papam, cui nemo dicere habet: „Cur hoc facis?“¹¹⁾ Diximus aliquibus ex vobis,
quomodo in diocesi Treverensi, cum essemus cancellarius domini de Manderscheyt¹²⁾,
possessoris castrorum, sub titulo eleccionis nobiles cum tota patria convenerunt
clerum, ne servaret apostolicum interdictum, alioquin eos a morte et exilio defendere
nequirent. Quibus respondimus, quod vellimus esse immaculati sacerdotes et nequa-
50 quam prophanare ad eorum complacencia, eciam si omnia mala pati deberemus.¹³⁾
Videntes nostram conscientiam passi fuerunt nos servare octo annis interdictum,
prophanantes vero perpetuo eiecerunt. Fatuitas est, quod quis erranti populo aut
principi in contemptum dei complacendo se putat pacificum, qui, eciam si non inquiet-
55 taretur in temporalibus, tamen apud conscientiam suam habet reprehensionem eum
inquieta(n)tem hic et in futuro. Scit enim, quod populus, licet audiat divina ab eo,
habet tamen eum pro vili et infami sacerdote, qui deum non timet nec honorem suum
amat.

Multa tangitis in scriptura vestra nos inculpando, quasi nos simus causa mali et quod
vos dicetis hec.¹⁴⁾ Item: Venimus Brixinam et eratis vos cum principe vestro contra
60 apostolicam provisionem. Intromisistis vos de omnibus in spiritualibus et temporalibus.
Facta est concordia. Fecimus iudicio vestro ea, que pontificis sunt, et consilio
aliquorum, quos bonos extimavimus. Voluimus reformare ibi sicud alibi prius fecimus.
Et si forte iudicio vestro aliqua fecimus, que non debuimus, tamen iudicio nostro
minus fecimus. Et quia fideliter egemus, ut ecclesiam nostram in spiritualibus et tem-
65 poralibus ad iusticiam dirigeremus, passi sumus persecuciones. Nos sumus hic in loco,
ubi est summum tribunal, et cogniti sumus. Venite et dicite, que volueritis, et responde-
bimus vobis.

Scribitis, quomodo nec interdictum iuris unquam fuit Brixine, nec hodie sit. Satis
potuistis ex copiis vobis missis dudum vidisse, quomodo papa posuit interdictum ad
70 tollendum dubium, ita quod non est dubium apud omnes Christianos de iure esse
interdictum servandum, quia papa mandavit.¹⁵⁾ De aliis iam non est opus disputare, si

55 licet: *ü.d.Z.* 63 nostro: *a.R. ergänzt.*

in preteritum fuit interdictum Brixine iuxta ius scriptum vel bullam Calisti, quando illi tunc culpabiles Brixinam venerunt aut proxime comprehensi in apostolico processu Brixine resident. Esto igitur, quod omnes sitis sancti. Non eo minus, sed pocius eo magis servare tenemini interdictum.

75

Scribitis, ut, si quid factum est contra vos, quod nos procuremus eius sublacionem offerendo vos. Vobis respondemus, quod ea, que facta sunt contra vos, videre poteritis ex copiis. Si non servastis mandata vobis facta in apostolicis bullis, horribiles penas in 80 ipsis contentas incidistis. Fuerunt, qui instant pro beneficiis vestris. Accessimus s. d. n. supplicando, quod non signaret, et si signasset, revocaret. S. sua, que est utique, ut esse debet, rigorosissima propter ecclesiasticam libertatem conservandam, demum petitioni nostre annuit, ita quod adhuc obediatis et servetis interdictum et alia faciat, que vobis mandantur, et usque ad principium decembris proximi ex isto capite non signando expectabit, hec obtinuimus. Vocate igitur ad vos subditos ecclesie de Brixina, Bruneka et Clusa. Persuadeatis eis obedienciam et pacienciam. Et meritum eius, quo ad 85 observacionem interdicti et aliorum, que mandantur per papam, qui est administrator spiritualium et temporalium, et nichil dubitamus, ipsi erunt contentissimi obedire et quantocius, maxime infra primam decembris predicti, certificare s. suam de obediencia in singulis. Ad alia, que scribitis in prefata vestra littera non est opus longiori responso, quia speramus, quod obedietis.

90

¹⁾ Bei Nr. 6369 handelt es sich offenbar um die in Nr. 6368 Z. 12f. angekündigte Cedula.

²⁾ S.o. Nr. 6363f. (1460 September 24).

³⁾ Leonhard von Natz^z. Zu seiner Mission im Mai/Juni 1460 s.o. Nr. 6225f., 6237.

⁴⁾ S.o. Nr. 6267 (1460 Juli 17).

⁵⁾ S.o. Nr. 6322 (1460 September 1).

⁶⁾ Vgl. Nr. 6330 (1460 September 4).

⁷⁾ Dieser Bericht an den Domdekan Konrad Judenfraß von Matriei ist sonst nicht bekannt.

⁸⁾ S. zuletzt an Michael von Natz^z Nr. 6355 (1460 September 15).

⁹⁾ Damit dürfte insbesondere der Domherr Wolfgang Neidlinger gemeint sein, der auf der Liste der Exkommunizierten stand; s.o. Nr. 6282 Z. 37.

¹⁰⁾ Vgl. Ps. 72,9.

¹¹⁾ Hiob 9,12. Die Stelle wurde häufig zur Begründung päpstlicher Machtvollkommenheit angeführt. Vgl. im Überblick: O. Hageneder, Der Zweifel an Regierungsmaßnahmen als Sakrileg. Römisches und kanonisches Recht bei der Ausbildung des päpstlichen und fürstlichen Absolutismus, in: Zeitschrift für Theologie 118 (1996) 126-137, hier bes. 129f.

¹²⁾ Ulrich von Manderscheid, Elekt von Trier.

¹³⁾ Während des Trierer Bistumsstreits wandten sich im Sommer 1432 große Teil des Trierer Klerus gegen den Elekten Ulrich von Manderscheid; s. Meuthen, Trierer Schisma 119-121. Zur Wirkung des damals über Trier verhängten Interdikts s. ebd. 107-109. Cusanus setzte sich damals jedoch selbst gegen das Interdikt ein; s. Woelki, Cusanus und das Interdikt 203f.

¹⁴⁾ S.o. Nr. 6362 Z. 46.

¹⁵⁾ S.o. Nr. 6293 (1460 August 15).